



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Vita Francisci Borgiae Tertij Societatis Iesv Generalis

Ribadeneyra, Pedro de

Mogvntiae, 1603

XVII. In Lusitaniam reuersus, Prouincia obita, lustrat fundatq[ue] Collegia

urn:nbn:de:hbz:466:1-45256

214 DE VITA FRANC. BOR.

audientes fuerunt, & visum magno illi Imperatori Deo, ut ad maiora reseruarentur. Cæso enim ad interencionem exercitu, captisq; qui cladi superfuerant, periculum nostri euitarunt. Post in Hispaniam reuersi, mortuorum se in numerum relatos, sacris etiam rite peractis competerunt.

CAPVT XVII.

In Lusitaniam reuersus, Provincia obita, lustrat fundatq; Collegia.

SEMEL, iterumque Lusitaniam ingresso, sed negotiorum duntaxat gratia, Sociorum Collegia lustrare solatumque otiose adferre, integrum non fuerat. Commodum iam per ea ipsa tempora, Henricus, Lusitanæ Princeps, Cardinalis (qui & Seba-

Sebastiano in Africana expedi-
tione cæso, regnum tenuit) Ebo-
ræ Collegium, Academiamque
excitatam ære suo, Societatis fi-
dei commiserat; petieratque per
litteras à FRANCISCO ut mitte-
rentur doctores Sacrarum litte-
raturum duo; vtque se his adiun-
gere ne grauaretur. Valerudi-
nis etiam interesse medici affir-
mabant, animum à curis, quibus
Pintiæ obruebatur, auocare, &
peregrinando relaxare. Præmis-
sis igitur Sociis duobus, Petro
Paulo Ferrario, & Ferdinando
Perez, qui Theologiam doce-
rent, in Lusitaniam se contulit;
vt Principem bene de Ecclesia,
Societateque meritum, cum of-
ficii causa salutaret, tum gratias
etiam Sociorum nomine ageret.
Acceptus hic omni officiorū &
caritatis genere; pari comitate,

qua

216 DE VITA FRANC. BOR.

qua eum olim Ioannes III. Rex,
eiusque frater Ludouicus, com-
plexi fuerant. Concionabatur
Dominicis fere diebus, vernis
quadraginta dierum ieunijs, in
æde sacra, audiente cupidissime
Hentico Cardinali. Hic, cum de
via fessum orationibus ad popu-
lum habendis onerandum qui-
dam negarent, instabat Cardi-
nalis: *Nec postulo*, inquit, *diserte*
concionetur: abunde erit populo, mi-
bique, vel suggestum concendi se
eum, qui omnibus sese bonis sponte,
**CHRISTI propter amorem abdica-
uit.** Interea Henricum cupido
inceßerat, & FRANCISCI in-
uisendi, & Academiæ lustrandæ
quando absenti integrum nun-
quam fuisset. Deduclus itaque à
nobilitatis flore, omnibusque
Academiæ ordinibus, & Socijs,
Collegium ingreditur. FRAN-

CISCVS

ciscus pro foribus præstolabatur. Iure, inquit, optimo, Princeps amplissime, omnes te omnium etatum ordines, doctique homines, honoris gratia, ut scientia parentem, deducunt: hic quoque, licet indoctus cœtus (se nimirum, & cocum significabat) tuus est, tibiq; deuotus. Adduci tum nullo modo potuit, pugnante licet, diuque vrgente Henrico, ut caput tegeret: obfirmato enim animo honorem illi debere serio affirmabat. Accessit eo ipso tempore & Bragantinus Dux è Villauitiosa oppido, Henricum Lusitanæ Principem, eademque opera FRANCISCVM salutaturus. Post FRANCISCUS & Collegium Bracarense lustravit, nuper ædificari cœptum, sumptu Bartholomæi, Martyrum cognomento, è familia Diui Dominici, Archiepiscopi: qui singu-

218 DE VITA FRANC. BOR.

singularem cum doctrina pieta-
tem ita coniunxerat, ut vtra re
præstaret incertum esset. Socio-
rum hic opera, in commisso sibi
grege curando vti velle præse fe-
rebat; quod re etiam præstitit.
Post vt erat summa vitæ innocé-
tia, & sanctitate, sponte abdica-
to Episcopi officio, cellæ ceno-
bij se iterum. suisque reddidit.
Scripsit re penitus explorata,
Chrysostomi, & Gregorij Ponti-
ficiis exemplo, *De cura Pastorum*,
volumen egregium.

CAPUT XVIII.

*Portuensis Collegij Societatis
initia.*

COLLIGERE sese & ipse
FRANCISCVS, ad oratio-
nemque, vt solet, & solitudi-
nem festinabat. Profectus itaq;
in Gallicæ fines, vt à publicis ne-
gocijs, quæ nimis occupatum
ha-